





EXERCITATIONIS IVRIDICAE  
DE  
**COMMENDATORE**  
**TEVTONICO,**  
PATRONO ECCLESIAE, QVAE  
COMMENDATVRAE INCORPORATA EST,  
NON VVLGARI,

SECTIO PRIOR

QVAM  
EX AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN REGIA FRIDERICIANA

P R A E S I D E  
**DN. PHILIPPO IACOBO HEISLER**

I. V. D. PROF. PUBL. ORDIN. FACULT. IVRID. ASSESS.  
EIVSDEMQUE h. t. DECANO

PRO SVMMISSIS IN VTROQUE IVRE HONORIBVS

PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CAPESSENDIS  
DIE X. MART. CCCCCLXX.

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTET

A V C T O R

**IOANNES CHRISTOPHORVS RAEDLERVS**  
LAVSA - MISNICVS

HALAE SALICAE  
T Y P I S B E Y E R I A N I S

COMMUNICATORE

TESTIMONICO

PATRONO TESTIMONIALIAV

CONFIDENTIALE INSTRUMENTA

TESTIMONIORUM

EXTRA

EX VOTODICTATE MARIBORIENSIS COMMUNICATIO

IN REGI GRANDESSAM

TESTIMONIA

DN PHILIPPO IACOBO HESLER

LATIUS HESLO DILEXIT QVIETE TERRAM VITAM

PRO SUMMI IN ASTRONOMIA HONORIBUS

TRANSLATIO ASTRONOMICA

TESTIMONIA

TESTIMONIA

HAGIOGRAPHICAE PLAZMINI

TESTIMONIA

JOANNES CHRISTOPHERUS BALDIERUS

LAZARUS-MINCIA

TESTIMONIA

TESTIMONIA

ILLVSTRISSIMO  
EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
CHRISTIANO GOTTHELF  
DE GVTSCHMID  
S.R.I.BANDERESIO ET LIBERO BARONI  
SERENISSIMO PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE IN  
SVMMO REGIMINE PROVINCIALI VICE-CANCELLARIO NEC  
NON IN CONSILIS STATVS SECRETIORIBVS ADMINISTRO  
ASSISTENTI  
PATRONO  
INDVLGENTISSIMO

R

CHRISTIANUS GOTTHELF  
PERPETVAE FELICITATIS  
INCREMENTA  
RERVMQUE OMNIVM PROSPERRIMOS  
SVCESSVS DEVOTA MENTE  
APPRECATVR  
SIMVLQUE  
DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRALEM  
IN PVBLICVM SVAE PIETATIS  
DOCUMENTVM  
SEVERISSIMO FRATRI SAXONIAE IN  
SUMMO REGIMINE PROCVNIATI AC CONCILIO NEC  
AC  
SVBMISSISSIMAM SVI SVORVMQUE  
STVDIORVM QVALIVMCVNQUE  
COMMENDATIONEM  
SACRAM ESSE VULT  
TANTI NOMINIS

CVLTOR PERPETVVS  
IOANNES CHRISTOPHORVS RAEDLERVS.



EXERCITATIONIS IURIDICAE

D E

# COMMENDATORE TEVTONICO, PATRONO ECCLESIAE, QVAE

COMMENDATVRAE INCORPORATA EST,

NON VVLGARI,

## SECTIO PRIOR

### §. I.

**R**em non inutilem me aggressum esse, confido, si operam aliquam in arguento, quod loco speciminis inauguras in disceptationi publicae propono, dilucidando conferam: Etenim illud non modo ad ingenium exercendum est aptum, sed

A 2 & 1 XIX

EXERCITATIONIS IVRIDICAE

4

& utilitate sua non destituitur. Est argumentum quoddam, ut dicunt, forense. Exemplum recentissimum lis praebet, qua coram venerabili senatu ecclesiastico Wittebergensi inter Commendatorem & parochianos Dansdorffenses de sumtibus pro obtainenda constitutione noui pastoris in ecclesia, quae ibi exstet, cuiusque ius patronatus ad Commendatorem spectat, suppeditandis acriter disceptatur. Id vero argumentum qui vel ex instituto tractauerit, vel saltē breuibus attigerit, neminem hucusque reperi. Neque dissiteor, quod, ad argumenti tractationem me accingens, anceps fere ac dubiae plenum opus aleae esse senserim, tum quod pleraque rationes pro argumento illustrando & stabiliendo ex illis medii aeuī obscuritatibus petendae fuerint, tum & maxime, quod praesidia, quibus per istos scopulos sine offensione itur, plurimum me defecerint. Benevolus lector igitur, si consilio non vbius euentum respondere animaduerterit, eo magis condonabit, quo magis intelliget, hoc non tam ignorantia aut socordia aliqua esse factum, quam quod non omnia, quae huic instituto plene satisfaciendo necessaria, ad manus fuerint. In explicando arguendo autem ita verlabor, ut primum ea, quae ad rem luculenter intelligendam facere videntur, exponom, deinde ex his naturam veram iuris patronatus, quod Commendator in ecclesia commendatura corporata exercet, sistam, & demum inde effectus a vulgaribus diuersos deducam.

§. II.

Commendatorum titulo communissime magistratus ordinis militaris Teutonici insigniri solent 1). Qui ordo, ut constat, in ecclesia Romana occasione expeditionum cruciatarum peregrinat.

1) CHRIST. HARTKNOCH in select. Differr. de rebus poruss. Differr. XIX. 13.

nationumque in Palestinam natus est 2). Visita quidem etiam est haec appellatio apud ceteros huius generis ordines; verum cum Commendatores, quos in patria adhuc constitutos noni, ab ordine Teutonico dependeant, etiam hos tantum euro, nec dubium, quin idem ius, quod in his statuo, quoque apud ceteros huius generis statuendum sit, quippe qui cum Teutonicis plerumque eundem, vel saltem cognatum aliquem finem proposuit habent. Sustinet autem vox *Commendatoris* notionem plane barbaram & purioris latinitatis scriptoribus incognitam, scilicet praceptoris 3), praefecti seu officialis, quam barbarie medii, quo ordo natus est, aeuī debet. Profecta enim est a *commendare*, qui terminus rei militari tunc proprie applicatus idem, ac *principere*, denotauit, prouti DV FRESNE 4) alii que testantur, & vsus gallici *commander* adhuc comprobatur. Quare etiam Galli illos *commandeurs* & Germani voce corrupta *Koumodenr*, *Commendorn*, *Kumpren*, *Comptern*, *Commenthuren*, & *Gebietiger* appellare confueuerent.

## §. III.

Cum hic ordo sedem precipuam adhuc in Porussia habuit, auctisque opibus & potentia floruit, pro negotiorum grauitate & qualitate varii generis Commendatores constituti fuere. Sic aliū maiores & minores *Groß-* und *Klein-Comptern*, aliū simpli-

A 3

ci

2) WOLF. *Diss. de sacris ordin. equestr.* §. 9. & 12. BECKMANN *Beschreib. des ritterl. Joh. Orden cap. I. §. 14.* CHOPPIN *de iure coenobit lib. 2. t. 1. §. 25.* De anno, quo hic ordo natus, scriptores valde dissentunt, quorum discordes tentativas conciliare conatus est HARTNOCH in *Historia des alt und neuen Preusseng*, Pa. c. I. §. 3 - 7.

3) PETR. DE DVSEBVRG in *Chron. porussi. praef. ad inst. ord. Teut.* p. 12.

4) In Glossar. med. et insim. latinit. voce *commendare*.

citer vel cum addito tales, yt Commendatores, Commendatores prouinciales, castrorum, rei cibariae, Compturn, Land-Compturn, Haß-Compturn, Speise-Commendorn 1) dicebantur; sed, hodie ordine admodum diminuto, solum de Archi-Commendatoribus seu Commendatoribus prouincialibus, Land-Commendatoren, & de Commendatoribus simpliciter sic dictis, Comptern, adhuc constat. 2) Illi praesunt totis balliuis, quas veluti ordinis prouincias dixeris, hi vero tantum simplices commendaturas tenent; 3) & posterioris generis Commendatores titulus dissertacionis proprio indigitat.

## §. IV.

Quod ad statum Commendatorum pertinet, illi cum reliquis ordinis sui membris ad clerum & inter personas ecclesiasticas referuntur, 1) ob magistratum vero, quem in ordine gerunt, clero gradu dignitatis eminentioris praedito accensentur. Veniunt autem illi nomine Geistlicher Leute und Personen vbi-vis in documentis tum antiquioribus, tum recentioribus, ex quibus fere innumeris tria tantum allegasse sufficiat. Sic in diplomate quodam patro a Rudolpho & Wenceslao Ducibus Saxoniae, de bonis commendaturae Dansdorffensis, Commendatori & fratribus ibi commorantibus ao. 1326. exhibito 2) inter alia haec leguntur: *Die böseheit der lute unde die ungewisheit der Zeit, die manen uns darzu, das wir die gabe unde die vrieheit, die wir Gott zu Lobe unde Goteshusern zu eren geistlichen Luten geben,*

1) HARTK. d. Diff. XIX. l. c.

2) CHRIST. FRID. HOLLANDER de orig. et iur. ord. Teut. §. 2.

3) IMHOF. not. proc. L. III. c. II. §. 10.

1) MENDO de ord. Milit. Diff. II. q. II. §. 2, n. 37.

2) in ZILERSIX Chron. Beltz. c. VI. p. 272.

also bevesten . . . So haben wir mit Willen aller unfer erben, nach unfer getruuen Manne rat Gote zu Lobe unde seiner heilichen Moter Marien zu eren unsern Selten unde unsern vorvaren unde alter unfer nachkamlinge zu troste, unde zu felicheit, den geistlichen Lutten des Ordens des dutschen buses den brudern zu Dansdorf vernuinet die vorgegebene Gabe . . . & in alio instrumento apud LVDOVICVM<sup>3)</sup> obvio verba ocurrunt: *Wir gebruder genant von Diskové . . . bekennen öffentlich in diesem briefe, das wir mit guten Willen verkauft und gelassen haben umb ein benant Geld den geistlichen Lutin dutsehen Herren tzu sent Königunde tzu Halle das Myßenhorn . . .* Sic etiam extant literae<sup>4)</sup> de ao. 1603. ab Archiduce Austriae Maximiliano tunc temporis administratore ordinis ad principem quendam imperii datae huius tenoris: *Uns hat der Würdig, Unser lieber Andächtiger Hans von T. Land-Commenthur der Balley Elsaß unsers Ordens unterthänigst zu erkennen gegeben, wie der Chrsante, Unser lieber Andächtige und getreue, Melchior von F. Commenthur zu N. ihnen flagend vorgebracht, obwohl er bemeben seinen Bruder Jergen nach Ableben ihres Vaters bey E. L. die Belehnung und Investitur benahmlichen Lehens gebürlich und unterthänig gesuchet, sey doch dieserhalb ihm als einer Geistlichen, Uns und Unsern Orden ergebene Person um deswillen er derselben nicht fähig, auch ein solches E. L. Hoffs Gebrauch und Herkommen zuwieder seyn soll . . .* Vbi iuris publici etiam titulis ecclesiasticis decorantur & pro dignitate, in qua constituti sunt, *Hochwürdigste, Hochwürdige, Würdige, Andächtige, salutantur,*<sup>5)</sup> prouti inter alia etiam

3) in reliq. MSS. T. V. L. I. Dipl. XCV.

4) vid. BESOLD. Thesaur. sub art. teutscher Orden.

5) ROLLAND. I. c. p. 44. BOERMER I. E. P. lib. III. T. I. §. 120.

etiam ex ipsis litteris Maximiliani paulo ante adductis constat. Archicommandatores, qui in comitiis imperialibus ius apparendi, ut Confluentius & Alsatius habent, locum inter praelatos occupant 6), & ordinis Magistri dignitas in Imperio Germanico inter praecipuas sacras numeratur, archiepiscopisque proxima habetur 7); sunt porro iuris spiritualis capaces, tenent ecclesiastas & decimas percipiunt 8). Capitulum constituant, in quo res ordinis tractantur, superiores, ut alii praelati, eliguntur, eisque Coadiutores dantur 9). Nec dubito, quin etiam in hoc Teutonicorum ordine balliuariarum & commendaturarum visitationes non minus, quam in aliis rebus publicis ecclesiasticis, in simili praesertim ordine Melitensi 10), sint receptae. Immo a magistratu seculari exempti sunt 11), nisi vel pacis Westphalicae dispositio, vel ius superioritatis territorialis, si forte praedia in eiusdem Principis territorio possideant, aliud exigit 12).

#### §. VI.

Et, si res ex principiis canoniciis dijudicetur, uti dijudicari debet, illis certe status ecclesiasticus denegari non poterit. Notum enim est, omnia ecclesiae membra secundum haec principia

6) BECKMANN *Syntagm. dign. illustr. Dissert. XIX. c. II. §. 2.* BOEHMER in der Erläut. des teutschen Staats- Rechts 4. V. 6. Cap.

7) MOSCOV. I. P. L. IV. c. 6.

8) CALEFAT. concl. 21.

9) BITHMAR. in not. ad BECKMANNI Beschreibung des ritterl. Joh. Ordens cap. I. not. 22. BOEHMER I. c. I. §. 145.

10) CHOPIN de iure Caenob. lib. I. T. 2. §. 14. p. 69.

11) REINKING de regim. Eccles. cl. 5. c. 10. n. 19. Huc faciunt etiam priv. Imper. de a. 1185. 1274. 1295. 1347. 1372. 1545. 1559. 1574. 1577. 1662. 1708. IOACH. STEPH. de Jurisdic. c. 10.

12) WOLF c. I. §. 22.

pia vel personas ecclesiasticas vel laicale esse<sup>1)</sup>). Personae ecclesiasticae, quas etiam clericos vocant, in genere sunt omnes, qui cultui ac seruitio diuino peragendo auctoritate ecclesiastica rite ac specialiter sunt destinati 2). Haud equidem ignoro, clericorum nomine non raro eos solos indigitari, qui per collationem ordi- num sacrorum in clericorum numerum assumti, vel, quod eodem recedit, ad ministerium verbi diuini & sacramentorum in ecclesia peragendum rite ordinati 3); Verum strictior haec clerici notio iam nihil ad me. Potius ad familias personarum ecclesiasticarum ordinandas progredior. Diuiduntur autem personae ecclesiasticae in regulares & seculares, prout vel certam regulam ab ecclesia publice approbatam sunt professae, vel non. Tales regulae sunt regula S. Basili, quam amplectuntur quam plurimi ordines monachorum ecclesiae orientalis, porro regula S. Augustini, Benedicti, Francisci &c. Qui ex regularibus cum professione tria illa vota paupertatis, castitatis & obedientiae (vota substantialia pontificii vocant, quia in his praecipue confistere perfectionem illam euangelicam sibi persuadent, cuius Matth. XIX. v. 12. & 21. Lue. IX. v. 23. & 1 Cor. 7. mentio fit) coniungunt proprii Religioſi (Ordens-Leute) appellantur. Latius igitur regularium, quam religiosorum conceptus patet, vt non diffidentur (SCHMIDT 4) & ENGEL 5), licet frequentissima sit horum nominum confusio.

1) c. 7. C. XII. q. I.

2) c. 1. Dist. 21. PICHLER. iur. can. lib. 3. t. 1. n. 2.

3) Concil. Trid. sess. 23. cap. 4. in fin. &amp; can. 7.

4) in iur. can. vniu. lib. 3. tr. I. part. I. c. 3. n. 2. seq.

5) in Colleg. vniu. iur. can. lib. 3. t. 31. n. 1.

## §. VII.

Haec ad Commendatores Teutonicos si applicamus; non possumus non assere, eos personas *ecclesiasticas, regulares, religiosas esse.* Sunt enim auctoritate ecclesiastica, nimurum a Papa COELESTINO III. ad seruitum quoddam in eccllesia Christi peragendum, scilicet ad fidem & rem christianam carnalibus armis, prout reliqui clericis spiritualibus solent, defendendam curamque egenorum atque infirmorum habendam specialiter destinati, id quod vel ex ipso papali instrumento 1) confirmationis, nec non ex simili instrumento Papae ALEXANDRI 2) apparat. Personas igitur ecclesiasticas eos esse, quis negabit? Quod vero ad hanc armatam Christi militiam subeundam curamque infirmorum suscipiendam sint obligati, etiam ex regula ordinis 3) patet. Etenim in ordinem recipiendis haec semper proponenda conditio: *Das sie den siechen Globen zu dienen und das H. Lant zu schirmeire, und andere Lant, die dazu gehornet, vor den Bienden Gotes, als Verte so man sie heizet.* Efficit haec sacra militia, ut huic dediti *milites Christi, milites Dei, satrati, religiosi, ecclesiastici, dicerentur.* Si cui fortasse mirum videatur, armatam hanc militiam inter ecclesiastica seruitia a nobis referri: cogite, ex huius militiae auctorum protectorumque principiis ecclesiam pro peculiari atque a solo Deo dependente quadam republica esse reputandam, quae igitur instar aliarum rerumpublicarum etiam belli iure gaudet; adeoque & militibus & praefectis opus habet, qui ducis belli iussa execuantur atque pro hac republica pugnant.

## §. VIII.

1) huius exemplari in vernacula translatum extat in des teutsch. Reichs-Archivs spicil. eccl. Fortsch. des ersten Theils cap. 3, num. LXX.

2) ibid. num. LXXI.

3) num. 28.

§. VIII. Iam pergo. *m* Commendatores Teutonici porro certam regulam ab ecclesia publice approbatam proficentur, nempe regulam Augustini, *vt ex COELESTINI instrumento mox ad ducto perspicuum sit.* *R*egulares igitur ut sint, necesse est. (§. VI.) Praeterea vota illa substantialia nuncupantur: sic enim ex regula sui ordinis<sup>1)</sup> profiteri & digitis libro impositis iurare iubentur: Ich entheize und globe Kuschheit meines Libes undt ane Eigenschaft zu sine und Gehorsam Gote und S. Marien undt auch Meistern diß Ordens des dutschen Huses, undt uvern Nachkommen, nach der Regeln und der Gewohnheit des Ordens des dutschen Huses, das ich euch gehorsam will sin bis an Meinen todt. *In aprico igitur est,* Commendatores nostros etiam in Religiosis esse (§. VI.), quibus etiam in ipso iure canonico<sup>2)</sup> satis perspicue accenseruntur. Caeterum totum votuac atque solennis professionis actum depinxit HARTKNOCH<sup>3)</sup>. Constat porro diplomatum fide, eos Religiosos quoque esse nominatos. Vnum<sup>4)</sup> in medium protulisse sufficiat, in quo haec extant: *Nos Conradus & Albertus dicti de Luppe -- decimam unam in villis Brunsdorf. & Bedere statim, vendidimus viris religiosis fratri Henrico dicto Hunth, Commendatori & conuentui ordinis fratrum Theutonicorum domus sancte Cunigundis prope Hallis*

B. 2

Dein-

1) num. 28.

2) c. 3. X. de priuil. Clem. 2. §. 2. de relig. dom.

3) in dem alt. und neuen Preussen part. 2. cap. 1. §. 8.

4) LVDOV. alleg. T. V. L. I. Dipl. LXXII. Plura eiusmodi diploma ta, in quibus Teutonici titulo geistlicher Leute vel religiosorum sunt ornati, videri possunt in des teutsch. Reichs Archivs part. spec. continuat. I. &amp; spicil. eccl. Fortsetz. des iisten Theils sub ru bro vom teutsch. Orden.

Deinde pro personis ecclesiasticis, religiosis & Deo sacris Com-  
mendatores nostros habitos fuisse, etiam ex eo liquet, quia do-  
nationes in eos collatae pro specie quadam cultus diuini, pro  
donationibus pro anima & pro opere meritorio ac salutis sue-  
runt reputatae, vt satis ex diplomatis Rudolphi & Wenceslai,  
Ducum Saxoniae, quod supra (§. IV.) exhibui, verbis: *Gote zu  
Lobe unde seiner Heiligen Moter Marien zu eren, unsern seelen unde  
unsern vorvaren unde aller unfer nachkumlinghe zu troste unde zu se-  
lichkeit, apparet.* Similiter, Ordinis institutum vitamque, quam  
in eo agunt, aequae, vt apud caeteros, qui se Deo dicasse & ad  
certam religionem transiisse dicuntur, pro meritorii haberit,  
etiam ex eo manifestum sit, quis petere debet Ordinis candidatus,  
vt recipiatur a capitulo *animae suae fernandaे causa* (*ir. sele zu  
behaleue*) vt regula ordinis 5) loquitur. Praeterea loco hora-  
rum canonicarum illis praescriptae sunt certae preces quotidiana-  
e, ad quarum recitationem ex statuto ordinis tenentur 6).  
Sumunt peculiarem habitum, qui pallium album est, nigra cruce  
insignitum 7), ipsaque receptio & professio praescriptis ritibus  
& precibus conceptis expedienda, & quae sunt alia religiosis or-  
dinibus propria, quo & tempus probationis pertinet, cuius HART-  
KNOCH 8) mentionem facit. Quid quod ex sodalito inter  
se inuicem inito instar reliquorum religiosorum nomen *fratrum*,  
*Brüder des deutschen Ordens*, *Ordensbrüder*, assumserunt,  
quod vero postea vt vilius dignati, potius *domini*, *Creuisherren*,  
dici voluere 9). Haec profecto omnia satis luculenter ostendunt,

5) num. 28.

6) conf. statut. ord. dom. Teut ann. 1606. reform. in des teutschen  
Reichs Archiv spicil. eccl. Fortschr. des ersten Theils cap. 3. sub  
rubr. vom teutschen Orden p. 50.

7) ibid. p. 52.

8) in Differz. cit. XIX. de reb. poruss. §. 15.

9) ibid.

totam ordinis Teutonici constitutionem, formam totam ecclesiasticam, regularem & religiosam esse. Haec cum ita se habeant, mirum sane non est, doctores tam pontificios, quam eos, qui ex protestantium numero sunt, in statu ecclesiastico atque religioso equitibus militaribus, praesertim Iohanniticis & Teutonicis, afferendo iuribusque ab eo dependentibus vindicandis mirifice conspirare <sup>10)</sup>. Denique, cui haec omnia vñsi? si quaevis: sic habe. A statu dependent iura & obligationes. Ergo in statum inquirere nunquam inutile. Nam si Commendatores Teutonici personae ecclesiasticae aut religiosae sunt: etiam iura personarum ecclesiasticarum & religiosarum ut eis competant, necesse est.

## §. IX.

Religiosorum rursus duas classes constituunt, unam nempe *Canonicorum regularium*, alteram *monachorum*. Commendatores Teutonicos, qui etiam religiosi sunt, quorū sum referamus? Primum videbimus, an canonicī regulares a monachis, & in quo differant. Tanta inter eos similitudo existit, ut difficile sit discrimen reperire. Vtique sub certa regula vivunt, votisque constricti sunt monasticis <sup>11)</sup>, claustris vtique inclusi speciali suo superiori obediunt, vtique precibus aliquis diuinis officiis vacant, atque habitu singulari a secularibus se distinguunt. Evidem *in c. 5. X. de statu monach.* haec adducitur differentia, quod nempe canonici regulares laxiori inseruunt

<sup>10)</sup> SCHMIER c. I. n. 35. seqq. FICHLER c. I. t. 31. n. 2. ENGEL c. I. n. 8. BOEHMER I E. P. lib. 3. t. I. §. 120. CÖCCEI. Diss. de titul. & commend. conuenient. §. 26. BECKMANN Deschr. des Ritterl. Joh. Ordens c. I. §. 5. ibique DITHMAR not. 22. WOLF. c. I. §. 16. FLRISCHER Einl. zum geisl. Recht lib. I. c. 19. §. 64.

<sup>11)</sup> c. 4. & 6. X. de statu monachor. c. 10. X. de maior. & obedient.

regulae. Verum differentia specifica inter canonicos regulares & monachos in regulae laxitate vel ideo consistere non potest, quia etiam inter ipsos monachos familiae dantur, quae laxiorem, quam aliae, imo æque laxam, si non laxiorem, quam ipsi canonici regulares, regulam habent, vt ex c. 10. X. de regular. manifestum fit. Effecit haec similitudo, vt sint inter ipsos pontificios, qui canonicum regularem a monacho solo nomine differre crediderunt<sup>2)</sup>. Verum salua res est. Omnes enim Canonicci origine sunt clerici stricte sic dicti, in sacris ordinibus, in quibus constituti, vel actu ministrantes, vel huic ministerio saltem destinati. Hisce clericis canonicalis illa qualitas, qua adhuc hodie superbunt, demum accessit ex notissimo illo CHRODOGANGI, Metenium episcopi, clerum suae ecclesiae in communem vitam colligentis, certasque ei viuendi regulas, seu canones, a quibus etiam dicti sunt canonici, praescribentis instituto, a caeteris quoque episcopis aude passim recepto. Hoc viuendi communique dormitorio & communī mensa vtendi genus cum postmodum deserent alii, alii vero retinerent, atque, vt omnis ad denia defl. Etendi eo fortius praecluderetur occasio, votis monasticis se obstringerent, regulamque amplectenterunt Augustini, salvo tamen illo suo statu clericali manente: demum distinctio nata est inter canonicos *seculares* & *regulares*, quo posteriori nomine veniunt, qui communem vitam in suis monasteriis retinuerunt, fortioribusque ad illam vinculis sese adstrinxerunt<sup>3)</sup>. Patet ex his, omnes canonicos, adeoque & eos, quos regulares dicimus, ex institutione sua vere clericos in sacris ordinibus constitutos & ad hunc clericatum quasi natos esse. Omnia alia deprehendit

2) SCUMIER c.l. n. 14. seqq. GONZ. TELLEZ. ad d. c. 5. X. de stat. monach.

3) Late hoc de Canonicis thema excuserunt BOEHMER I. E.P. lib. 3. t. 1. §. 12.-31. & GVRTLER Histor. templarior. §. 17. seqq.

dimus in monachorum institutis, ut potest ad quae qualitas illa clericalis plane non pertinet. Hinc monachi initio meri fuerunt laici, ab ordinibus sacris remoti 4). Imo dubitatum olim fuit, utrum monachus clericatum obtinere possit, quod Gregorius negauit 5). Et quamvis sententia, etiam monachos, si qui ex iis digni reperti fuerint, ad clericales ordines esse admittendos, praeualuerit 6) & hodie in eorum monasteriis quam plurimi sint sacerdotes, quotidianum missae sacrificium facientes, quos *Patres* vocant: tamen clericalis haec qualitas monachatu ex accidente superuenit, nec monachus per eam demum monachus efficitur. Hinc inter eos adhuc hodie existunt, quos *fratres conversos*, nec non *fratres laicos*, *Layen-Brüder* appellant, qui in monasterio vel culinam aut horum curant, vel portam obseruant, aliosque corporis labores peragunt, qui omnes veri sunt monachi, licet in omni vita sua ad ordines clericales nunquam adspirent. Verum igitur manet, monachum qua tales non esse clericum, nempe in sensu stricto sic dictum, de quo solo in hac §. est sermo. Secus, ut iam dixi, se omnia in canonicis regularibus habent.

## §. X.

Iam prodeant in scenam sacri Eqitites. Aude profecto exspectamus, utrum ut monachi, an vero ut canonici regulares sint apparituri. Fallitur sane, alterutrum qui crediderit. Factor quidem, **CHOPPINUM** 1) eos ubique inter medios monachos nominare. Verum, jam dixi, fallitur. Sunt etiam, qui

ad

4) c. 6. C. XVI. q. 1. L. 52. C. de episcop. & cler. BOEHMER c. 1. t. 31. §. 19. DVARENVS de sacris eccl. minister. ac benefic. lib. I. cap. 20.

5) c. 2. C. XVI. q. 1.

6) c. 26. seqq. c. 1.

1) in monastic.

ad canonicorum regularium instituta eos referunt, 2); Ast falluntur & hi. Equites nostri Canonici regulares non sunt, partim, quia sacris ordinibus non initiati, iis solum exceptis, qui *fratres clericorum*, *Priester-Brüder*, vocantur, atque clerici sunt in sensu stricto sic dicti, sacra in oratoriis ac templis ad ordinem pertinentibus facientes, 3) partim vero, quia communis vita, mensa & dormitorio non vivuntur, quae tamen canonorum regularium institutum requirit. Verum Mariani equites nec in monachis sunt (Coenobitis puta, nam ad Eremitas in sylvis, desertis & antris plangentes, jejuniiisque & quotidianis castigationibus corpus misere macerantes, nemo nostros armatos facile relegabit). Coenobitarum enim etiam plangentium est officium 4). Oportet eos a seculo & a populari frequentia plane secretos esse 5). Adeo claustris sunt adscripti, ut, si curi piscis sine aqua caret vita, ita sine monasterio monachus 6). Haec, quae es, an Equitibus sacris, an Teutonicis conuenient? Alienissimum hi a fine monachorum finem specialem habent. Quid igitur iam? Tres nempe constituendi Religiosorum diversi ordines. Certe ius canonicum Religiosorum classes ad duas nullibi restrinxit. Nec aliud inferre licet ex Rubrica tituli X. de statu monachorum & canonorum regularium. Nec enim restituenda haec verba sunt, nec viuis positio statim pro exclusione alterius haberri potest. Recte igitur docere mihi videor, si Religiosos in *Monachos*, *Canonicos regulares* & *Milites sacros* diuidam. Imo nullus dubito, quin & plures possint confitui Religiosorum clas-

2) ESTOR delineat. iur. publ. eccl. protest. c. 13. §. 7. BOEHMER c. l. lib. 3. t. 1. §. 120. & 122.

3) de DVS BVRG, & ipse ordinis Teutonici sacerdos, in Chronic. Prussiae cap. 1. prope fin. HARTKNOCH de reb. pruss. diss. XIX. §. 14. BOEHMER l. c. t. §. §. 146.

4) c. 4. C. XVI. q. 1.

5) c. 5. ibid.

6) c. 8. ibid.

clastes. Sunt vero *Monachi Religiosi* institutione laici, ad orandum & res diuinas sedulo contemplandas principaliter depurati. *Canonici regulares* sunt *Religiosi* institutione clerici stricte sic dicti, ad functiones sacras in ecclesia peragendas principaliter ordinati. *Sacri Milites* denique sunt *Religiosi* ad ecclesiam & rem christia-  
nam armis defendendam principaliter instituti. *Milites sacri*,  
quos regula sua praeter armatam ecclesiae defensionem etiam ad  
hospitalitatem in suis hospitalibus exercendam obligat, in specie  
*Hospitalarii Milites* vocantur 7). Tales sunt *Melitenes*, 8)  
nec non *Teutonici*, ut ex IAC. a VITRIACO docet WOLF. 9) Id  
quod vel ex eo etiam liquet, quod hic ordo, cum adhuc in sua  
consisteret amplitudine, inter suos officiales habuerit *supremum*  
*hospitalis praefectum* (einen obersten Spittler) cuius inspectioni  
rursus suberant die *Unterspittler*, qui singulis hospitalibus praefuere,  
curam praecipue gerentes indigentium, afflictorum & va-  
lerudiniorum. 10) Neque antiqua illa ad hospitalis exercenda  
obligatio postmodum est abrogata, sed potius in statuto ordinis  
de ao. 1605. renouata his verbis: Und dieweil hen diesem Or-  
den (sermo est de teutonico) wie der Anfang und Ursprung zu  
erkennen giebt, die Hospitalier cher, dann desselben einverleibte  
Ritterschaft gewesen, dahero die Hospitalarii geheissen: so wol-  
len wir in denen Balleyen und Häusern, darinne ietziger Zeit  
Hospitalie seyn und gehalten werden, daß dieselben mit armen  
dürftigen Personen in der Anzahl, auf die solche jedes Orts  
gestiftet und gewidmet, jederzeit ersehet, im Weien bleiben  
und in keinen Abgang gerathen, den Armen nach Gelegenheit

C

der

7) boup. Ad missalibus munimentis obso. vnde omnia.  
8) WOLF de sacr. ord. equestr. §. 13. modic. sicut in monachis monasteriis  
9) BECKMANN Beschreib. des ritterl. Joh. Ordens cap. 2. § 2. & 4.

9) c. l. §. 12.

10) HARTKNOCH c. l. §. 12. mes. 1605. dicit. §. 12. 1605.

der Spitäle jehigen Vermögens und Fundation ihr täglich Gebühre in Essen und Trinken zu rechter Zeit gereicht, und der Kranken Personen mit etwas bessers, damit sie es genießen können, gepflegt, gewartet, und an ihnen zu Wiedererlangung ihrer Gesundheit fürschlich und unbarmherzig nichts verabsäumt werde — — Und sollen die Ordenspersonen sonderlich dabei erinnert seyn, daß, da sie diesen Orden erstlich empfangen, neben den andern den Armen zu dienen festiglich versprochen. <sup>ii)</sup>

#### §. XI.

Sed quid de Commendatoribus A. C. addictis dicendum? Constat enim, quod & protestantes ad hunc Ordinem adspirent, & Commendaturis, quae in terris protestantium sitae sunt, præponantur, prouti Commendatores in Commendaturis patriis constituti exemplo esse possunt. Numne & hi clericorum s. ecclesiasticorum numero accenseri debebunt? Evidem videri posset, quod ad statum clericalem referri non queant, cum plerumque officia laicorum simul peragant, in aulis principum militia atque aliis muniberibus publicis fungantur, neque praefumantr, quod ea intentione se ordini adjungant, ut paparum stabiliant, defendant aut se eidem conforment, cum ab eo recesserint, sed vt aliquando ad Commendaturam quandam promoveantur, eiusque redditibus ad lautiorem vitam fruantur. Nihilo tamen feci respondeo affirmando.

#### §. XII.

Primo enim ordo institutum ecclesiasticum est, quod per reformationem in iis saltem emendatum, quae Augustanae con-

<sup>ii)</sup> vid. in des teutsch. Reichs Archiv spicileg. eccles. Tortseb. des ersten Thells cap. 3. sub rubr. vom teutschen Orden p. 52.

lessoni aduersari videbantur, salvo de caetero statu; quem olim obtinuit, saluisque iuribus antiquis. Ordo igitur adhuc pro ecclesiastico reputandus. Quid igitur vetat, etiam singula ordinis membra, licet quedam A. C. amplectantur, pro ecclesiasticis haberi? Vtique ii qui ex protestantibus ordini se associant, eadem legi iisque ritibus, quatenus nempe A. C. non repugnant, ac reliqui, in ordinem recipiuntur, aequre tenentur ordinis regulas & statuta obseruare, dum Magistro subsunt & ab eo adhuc simpliciter legibus ordinis reguntur. Quare etiam, vtut Aug. Confess, addisti sint, vxores tamen ducere nequeunt, nisi commendaturis velint excidere. Cum igitur pariter ad ministerium illud vocentur & assumantur, ad quod peragendum caeteri inuestiuntur, nec non reliqua, quae statutis & regulis Ordinis definita & stabilita sunt, obseruare teneantur, etiam concluso, eos ecclesiasticorum classi non minus, quam pontificios, esse adscribendos. Habent Episcopi protestantes dignitatem statumque ecclesiasticum, licet nullos ordines amplius recipient, nec consecrent, aut officium aliquod in ipsis ecclesiis peragant. Multo magis igitur nostri Commendatores ex causis adductis hocce statu gaudebunt.

## §. XIII.

Nec obstat, quod ordo principale illud ministerium, ad quod primario est institutus, non amplius peragat. Nam jure ad hoc obligatur, licet id quidem facto non fiat. Sufficit, Teutonicos ad hocce ministerium adhuc hodie inaugurarri, licet occasio desit, actu illud peragendi. Hinc si contingat, vt proceres imperii seruitia Ordinis contra violentos inuasores ecclesiae & rei christiana, sicuti in comitiis imperialibus interdum deliberatum esse nouimus 1), poscent, his ordo aegre se subducere poterit.

C 2

Ne-

1) R. I. de a. 1576. §. 29. & 33. nec non R. I. de a. 1603. §. 14.

Neque Marianos Equites Aug. Confess. amplectentes ab hoc statu eximit, quod simul lacorium officia peragant: nam & Canonicci eidem Aug. Confess. addicti saepissime idem faciunt, nec tamen propterea personae ecclesiasticae esse desinunt. 2) Deinde constat, quod & ipsi Pontificii non tam stricte doctrinae *ne clericis vel monachis secularibus negotiis se immiscent*, insistant, sed negotia ciuilia cum suis officiis saepe coniungant. Neque ad id attendendum, qua intentione Ordinem ingrediantur, vtpote quae non mutat statum; sicut & principaliter Ordo non ad stabilendum papatum, sed ad defensionem rei Christianae institutus & post reformationem a statibus protestantium toleratus fuit. Sed quid pluribus disputemus, cum diuturna obseruancia dudum legem induxerit. Gaudent enim hi aequè, ac pontifici, honoribus arque titulis Clericorum caeterisque privilegiis, quae his ex ordinis statu tum ratione personarum, tum Commendaturarum competunt, 3) nisi fortasse alicubi aliud obseruantia, lege, patet, vel his similibus introductum sit. Sed haec missa facimus, notionem commendaturae nunc illustraturi.

#### §. XIV.

*Commendatura*, gallice *Commanderies*, germanice *Kumptereyen*, *Comtereyen*, *Commenthureyen*, *Comterhöfe* dicuntur Ordinis praedia, domus & possessiones, atque, vt verò simillimum est, ita denominatae, quod in iis olim sub moderamine Commendatorum fratres Ordinis priuati, in certos conuentus diuisi, degere & annonam ex illarum redditibus

2) BOEHMER I. E. P. lib. 3. t. 1. §. 35. seqq. LASSENIVS de stat. Canon. réform. Luther. §. 30. seqq. ESTOR Delineat, iur. publ. eccl. protest. cap. 13. §. 6.

3) ESTOR. 4. c. §. 11.

bus accipere solebant. 1) Ordini Ioannitico eiusmodi praedia & possessiones Praeceptoriae, Gebietereyen, dicuntur 2), quae de nominatio vocem Commendaturae, si ad naturam huius & ad notionem Commendatoris respicias, apprime explicat, cum contra HVNDIT 3) sententia, qui Commendaturas a commeatu Ordini ex illis parando, seu, ut verba ejus sunt, weil sie dem Orden und dessen Brüdern mit Pröviant und anderer Nothdurft Fürse hung thun, dictas putat, tanquam etymologiae plene contraria, minime approbanda. Magis barbare quoque vocantur Commenturae, purius vero Curiae ordinis & domus Teutonicae, Ordenshäuser, teutsche Häuser. Inter caetera cognomina etiam illud venit, quod Commenda, Commenden, appellantur, quam denominationem procul dubio exinde induerunt, quod beneficia & Monasteria, quae militibus quondam dari consueverunt, illis jure commendae, quia ob militiam putabantur jure tituli conferri non posse, conferebantur. Nonnunquam etiam nomine Hospitalium veniunt, quia scilicet ex primo instituto Ordini hospitalitatem in iis exercere incumbit, & pleraque bona eum in finem illi collata sunt. Vnde etiam Dieter. a Clee, Magister Ordinis, totam prouinciam Porussiae, quamvis improprie, ein Spital, nominat. 4)

## §. XV.

Harum Commendatarum olim magna copia in regnis & territoriis principum fuit constituta. Est vero ordini, sacris reformatis, multa pars subtraacta, earumque redditus in alios pios

C 3 vsus,

1) LVDOV. in rel. MSS. T. V. in praef. p. II. HARTK. Dissert. de reb. porussi. XIX. §. 14.

2) CORAS. de benef. Eccles. P. I. c. 3. n. 1.

3) im Bayerischen Stammbuche vid. SPEIDEL. spec. var. iurid. obff. art. Commenda.

4) MORTLEDFR in Urspr. des teutsch. Krieges L. V. c. 1.

vsus, vt apud nos cum quibusdam factum esse nouimus 1), conuersi. Illae, quae in vna eademque prouincia sitae sunt, Bailliam, eine Valley vel Land-Commende, constituunt, ejus generis v. c. sunt Bailliuia Thuringica & Saxonica, des teutschen Ordens Ritter Valley Thüringen und Sachsen. Hisce Bailliuia Archi-Commandatores (§. 3.) memorati & propterea etiam Bailliuia dicti, praesunt, de singulis inquirentes, ne iis in oris ordo aliquid detrimenti capiat, & prouidentes, vt certa pars prouentuum simul ad commune Ordinis aerarium transmittatur.

### §. XVI.

Sunt vero haec Commendatura eius conditionis, vt inter bona ecclesiastica optimo iure referantur, 1) imo beneficia ecclesiastica esse censeantur 2). Quam ob rem Imp. Leopoldus in litteris a. 1706. d. 9. Febr. ad magnum ordinis militaris S. Ioannis Magistrum datis de Comendis militaribus ita scriptis: *Adeo ut, obstantibus expresse concordatis apostolicis cum nostra natione initis, ipsimet summo pontifici super Germaniae canoniciis & beneficiis (inter quae commendae censentur) pensiones conferre non sit integrum, teste BOEHMERO 3).* Nouissime etiam Venerab. Consistorium ecclesiasticum Wittebergense in causa (§. 1.) allegata idem censuit in verbis: *Nachdem aber sc. die Comenden geistliche beneficia sind sc. Sunt enim eiusmodi militares Comenden.*

1) ibid. L. s. c. 24.

2) I. P. W. art. V. §. 25. wo l. r. de sacr. ord. equestr. §. 24.

2) SCHMIER iur. Can. vniu. lib. 3. tr. I. part. 2. c. 3. n. 25. seq.  
DITHMAR ad BECKMANNI Beschreib. des ritterl. Joh. Orden  
cap. I. not. 22. BOEHMER I. E. P. lib. 3. t. s. §. 149. seq. FLEISCHER Einleit. zum geistl. Recht, lib. 2. c. 14. §. 78. seq.

3) l. c. §. 92.

daturae personis ecclesiasticis ecclesiastica auctoritate lege stabili deputatae, & quidem propter officia atque seruitia, quae religiosi equites ecclesiae Christi praestare tenentur hospitalitare, preceibus, militia, ad quam militiam pro re Christiana suscipiendam, si occasio ferat, pro fructibus, quos ex suis Commendis percipiunt, omnino sunt obligati. 4) Iam vero haec sunt requisita, quae beneficij ecclesiastici conceptum proprie constituant 5).

§. XVII.

Nec est, cur *Commendae* nomen te turbet. Hae enim militares *Commendae* a commendis illis iuris canonici, licet ab iis fortasse nomen acceperint, multis nominibus differunt. Nam in his beneficium aliquod ecclesiasticum plerumque vel ad officium, cui est annexum, inhabili vel impedito commendatur in legis ecclesiasticae fraudem; militaris vero commendatio non nisi in ordinem receptis & ad seruitia, quibus est annexa, habilibus, quibusque ex fundationis lege proprio est destinata, conceditur. Hae igitur, nempe militares commendae, ordinariae sunt, illae extraordinariae, irregularitatem quandam secum ferentes, adeoque & odiosae, ita ut etiam superioris ecclesiastici dispensatione, si, ut fieri solet, inhabili vel impedito beneficium aliquod commendatur, opus sit, qualis dispensatio, si ordinis militi commenda militaris conferatur, plane non requiritur. Tunc demum militaris commenda irregularis foret, & cum commendis illis fiduciariis beneficiorum, de quibus mox dixi, eodem iure censenda, si forte in ordinem non recepto, vel recepto quidem, sed tamen vel ob commendarum pluralitatem vel alia de causa

4) R. I. Spir. de a. 1542, §. 62. LIMNAEVS iur. publ. lib. 6. cap. 2. n. 58.

5) SCHMIDT C. I. n. 7. seq. IVST. HENNING. BOEHMER Instit. iur. can. lib. 3. t. 5. §. 3.

impedito fruenda daretur. Verbo ut omnia complectar, commendae illae cruciferorum magis beneficia titulata, quam commendata sunt; adeo ut ab illis solo nomine, non re, differant. 1) Fluit ex hoc, quod nempe commendae ordinis Teutonici vere sint bona & beneficia ecclesiastica, eas eodem cum aliis bonis & beneficiis ecclesiasticis iure gaudere, atque lites de iis motas omnino causas ecclesiasticas esse, ex principiis juris canonici aliarumque legum ecclesiasticarum non minus, quam in aliis causis ecclesiasticis fieri debet, cognoscendas arque decidendas. 2) Inde est, quod in commendarum militarium alienatione eadem forma, quae in alienatione reliquorum bonorum ecclesiasticorum, sit obseruanda, & quae sunt alia similia. 3)

## §. XVIII.

Dixi, commendas militares beneficium ecclesiasticis non immrito accenserit. Verum an beneficiis secularibus sunt accendae, an potius regularibus? Facilis est responsio. Constat enim, beneficia secularia nominari, quae personis ecclesiasticis secularibus, regularia vero, quae regularibus debentur 1). Jam vero haec commendae ex primaeva destinatione militibus sacris debentur, quos personas ecclesiasticas regulares esse, supra (§§. VII, VIII.)

1) WOLF, I. c. §. 20. BOEHMER I. E. P. lib. 3. t. 5. §. 150. Praesertim notari merentur verba PETR. REBUFFI, in prax. beneficior. part. 1. tit. de Commenda n. 41. pag. 204. ibi sic: *Nora, quod beneficia S. Spiritus in Sicilia, nec S. Ioannis bierofolymitani, minus S. Antonii, cum beneficiis S. Mariae Teutonicorum non dantur in commendam, quia fratribus illius ordinis dari debent in titulum.*

2) COCCEL de titulor. & commendar. conuenientia §. 24. seq.

3) WOLF. c. l. §. 24. ESTOR. delin iur. publ. eccles. protest. c. 13. §. 14.

1) DVAREN. de sacris eccles. ministeriis ac beneficiis lib. 2. cap. 9. PER TSGH. de var. appellat. & divisionib. benefic. eccles. cap. 3. §. 15.

VIII.) ostensum. Nullum igitur est dubium, quin militares Commendae inter beneficia ecclesiastica regularia sint referenda. Porro sicut alia beneficia ecclesiastica vel *electua* sunt vel *collativa*, prout ad ea vel per viam solemnis electionis, vel per simplicem dationem aut prouisionem peruenitur 2): ita & in nostris beneficiis militaribus & electua sunt & collativa. Illuc magnum ordinis Magisterium (das Hoch- und Teutschmeisterthum) ut & Commendaturas prouinciales (die Land Comitenthüreyen), hue vero Commendaturas simplices refero: nam & ordinis Magister & Commendatores prouinciales instar aliorum Praelatorum eliguntur, Commendae vero simplices ut praebendae conferuntur 3). Praeterea facile est ad intelligendum, in hisce Commendatis seu beneficiis militaribus aequae, ac in aliis beneficiis ecclesiasticis, & beneficia *maiora*, dignitatem annexam habentia, & *minora* deprehendi. Ad illa rursus magnum ordinis Magisterium & Commendaturae prouinciales seu Bailliuae merito referuntur.

### §. XIX.

Iura, quae Commendatoribus in Commendaturis praedictis competierunt, non semper eadem fuere. Initio enim & progressu Ordinis vota supra memorata strictissime & non fecus, atque in aliis ordinibus religiosis fieri consueuerat, seruabantur, & nemini proprii quid, nisi illi id a Magistro aliis magistratibus esset concessum, possidere licebat; imo fratres adeo arcas suas observare prohibebantur, ne quis eos pecuniam aliaque pretiosa occultare suspicaretur. Quae igitur possidebant, communi Ordinis vel Capituli nomine possi-

D

de-

2) FERTSCH C. I. §. 13.

3) BOEHMER C. I. §. 145. & 149. Ritus, in generalis ordinis Magistri electione olim obsernari solitos descripsit HARTKNOCK de reb. porussi diff. XIX. §. 10.

debant. 1) Hinc Commendatores in Commandis, quibus ab Ordine erant praefecti, instar procuratorum & institutorum, qui negotio dominico praeponuntur, se habebant. Gubernabant & administrabant eas, colligebant fructus, & ex his sibi fratribusque subditis prouidebant, quod vero supererat, in vilitatem Ordinis conuertere debebant. Vnde in Ordinis statutis in generali capitulo, quod sub MAXIMILIANO, Archiduce Austriae, Ordinis tunc temporis Administratore, Mergenthemii anno 1606, congregatum fuit, reformatiss.

2) adhuc constitutum legimus: Ferners sollen die Commenthur die Ordenshäuser, die Güter, und was dazu gehört, wie auch den Haußrat, auch baulichen guten Würden erhalten, die Einkommen zur Nothdurft, auch seinem Stand gemäß und nicht zum Ueberfluss oder Verschwendung geniessen, doch solchergestalt, daß er alle Einkommen des Ordenshauses dem Land-Commenthu, oder wem ers zu thun schuldig, wie es bey dem Orden üblichen Herkommen, jährlich verrechnet, und im Fall das Einkommen des Ordenshauses sich mehrer, als die Ausgaben belaufen thün: so soll solches bey dem Haus verbleiben, und denselbigen zum Besten um gebrüderliche zulässige Mittel angeleget werden. Inde etiam Magister Ordinis Dietericus a Clee de se atque Commendatoribus, wie sind nur ihre Verwesere ic. scriptis. 3)

## §. XX.

Verum postquam Commendaturae successu temporis variis oneribus subiectae, adeoque earum prouentus deminutus est, so dass die Kosten der Verwaltung der Commendatur nun,

1) Desumit haec omnia ex ipsa Ordinis regula HARTKNOCH c. I.  
§. 15.

2) Extant haec in des teutschen Reichs: Archiv spicil. eccles. Fortsetz.  
des ersten Theils c. 3, üb rubr. vom teutschen Orden pag. 65.

3) HORTLEDER l. c.

nati, vt vel ex loco quodam matriculae Dandorffensis Commendaturae appareret, vbi haec: Es hat aber der Compteur vermeldet, das ehr dem Pfarrer dasjenige, so er bisher gehabt, mit ednnt alles folgen lassen, dieveyl ehr dem Land-Compteur Zerlich eine grosse Summe Geldes geben, un dem Churfürsten von Sachsen, unsern G. H. etlich Pferd halten und dienen müsseret: effectit haec res, vt Commendatoribus subinde liberior de fructibus Commendarum, qui deductis oneribus deductaque portione pro conseruanda Ordinis dignitate atque Magisterii expensis sustinendis ad Ordinis superiores singulis annis mittenda, reliqui manent, relinquenter disponendi facultas, nec tam rigide amplius cum eis agi, nee ad rationes illi annuas adstringi soleant. Verum, quamvis haec ita se habeant, tamen persuadere mihi non possum, Commendatores hodie plane liberos esse horum fructuum arbitros. Manet, quae ipsis relinquuntur, disponendi facultas nihilominus suis circumscripta limitibus. Certum enim est, eos non sua, sed Ordinis praedia; non sibi, sed Ordini possidere; certum porro, Ordinem ex hisce praediis Commendatoribus nihil, praeter sustentationem, debere. Lex contractus, qua Ordo recipiendis se obligat, sic haberet: Doch verspricht euch der Orden anders nichts, als Wasser, Brod, und demuthige Kleider. Wird euch etwas bessers: so habt ihr Gott und seiner lieben Mutter und dem Idblichen Orden darum demuthiglich zu danken, 1) Certum denique, Commendatores voto pauperatis adhuc obstringi (§. VIII.) adeoque proprietatis, utpote qua spontaneo pacto atque sub jurisiurandi religione se abdicarunt, 2) incapaces esse. Ex his vero prono alueo

D 2

fluit,

1) Verba haec sunt supra cit: statuti domus Teutonicae ann. 1606. reformi c. 2. vid. pag. 56. alleg: spicil. eccl. in dem teutsch. Reichs-Archiv & HARTKNOCH des alt. und neuen Preussens part. 2. c. 1. §. 8.

2) vid. rursus statut. ord. reform. p. 58. spic. eccl. cit.

fluit, eos non solum substantiam bonorum sibi ab Ordine ad suam sustentationem commendatorum salvam conseruare, atque Ordini suo tempore secundum innentarium reddere debere, vt. pote quod per se clarum, sed & de fructibus, si qui residui manferint, ita restrictam habere dispositionem, vt eos, si forte indigentia aut necessitas Ordinis exegerit, ad superioris iussum in commune aerarium conferre teneantur. Et quamvis hi fructus residui, casu eiusmodi indigentiae aut necessitatis non existente, ex Ordinis indulgentia forfasse relinquendi eis soleant: tamen luxuriose illos perdere iis non permisum, sed vel in rem Ordinis vertere, vel in pauperum erogare alimoniam tenentur, quod ultimum praesertim Cruciferis nostris iterum iterumque inculeatur 3) Verum ob easdem causas nec facultas de eiusmodi fructibus, quos sua forte parsimonia fecerint reliquos, vel etiam de bonis patrimonialibus testandi eis competit, nisi eam facultatem ab Ordinis Magistro impetraverint 4) Confirmant iterum meam sententiam statuti Ordinis Teut, de a. 1606, verba: *Doch das der Ordens-Bruder ohne Consens des Hochmeisters darüber zu testiren nicht Macht haben solle.* 5) Ad quem igitur pertinebunt eiusmodi fructus post Commendatoris mortem ex Commenda reliqui? Respondeo ex principiis in medium allatis, eos non defuncti heredibus, sed Ordini esse tribuendos 6).

## §. XXI,

3) in saepius iam adducto dom. Teut. statut. anno 1606, reform. p. 52. & 66, spic. eccl. cir.

4) BOEHMER. I. E. P. lib. 3. t. 5. §. 149. &c. t. 25. §. 23; WOLF Diss. de facr. ord. equestr. §. vii. PERTSCH de var. appellat. & divisionib. beneficior. eccl. cap. 3. §. 16.

5) p. 57. des in dem teutsch. Reichs Archiv befundl. spic. eccl. cir.

6) SCHILTER Inst. iur. can. lib. 1. t. 12. §. 5. KLOCK. Tom. I. Consil. 10. n. 13. sq. vbi etiam refert, in Camera imperiali sic iudicatum esse, nempe hereditatem alicuius militaris ordinis defuncti ad eiusdem supremum Magistrum, & non ad heredes familie pertinere.

## §. XXI.

Ex eo, quod Commendatores cum fratribus reliquis pro personis ecclesiasticis & religiosis habiti sint, eos etiam iuste ecclesias tenere creditum fuit. Possedit vero Ordo cum in maximo flore esset, ecclesias quam plurimas, quarum copia vel saltem ex eo colligi potest, quod sub Conrado de Tungingen in sole Porussia drey Bischofße, hundert und zwey und sechzig Chorherren und Kreuzpriester, fünfunddreyzig Thunherren, fünfundzwanzig Pfarrherren, die das Kreuz hatten, numerati fuerint, ut ex *WAISSELII Chronic. notat HARTKNOCH* <sup>1)</sup>. Quaevis enim Commendatura suam ecclesiam, vel saltem capellam habuit, in qua fratres ibi commorantes sacra sua atque devotionem faciebant. Inde etiam sit, ut ecclesias eiusmodi, quae ad Ordinem spectant, quarumque beneficia in matriculis Ordens-Lehne denominari solent, adhuc in plerisque Protestantium Commendaturis reperiamus. Curarunt vero vel fratres Ordinis ipsi has ecclesias & capellas exstrui, vel donatione aut aliis modis eas acquisuere, neque id sine multa fruge. Praeter elemosynas enim, quas fratres pro collegio colligendi & indulgentias ideo impertiendo potestate diuersimode fuere instructi, ex earundem ecclesiarum acquisitione alia plura commoda in Ordinem redundarunt.

## §. XXII.

Inter alia scilicet obseruamus, capellas ecclesiasue hinc inde exstructas & acquistas non raro beneficiorum Ordinis, quae nomine Commendatarum veniunt, prima fundamina posuisse, & liberalitatibus priuilegiisque, quibus fratres maestati sunt, cauillam dedisse, quibus illustrandis duo exempla sufficient. Sic debuit Commendatura quondam Halensis originem & incremen-

D 3

ta

1) Dissert. XIX, de reb. Poruss. §. 14.

ta plurima capellae a fratribus. Ordinis ibi extinctae & ad S. Cunigundam olim dictae <sup>1)</sup>. Commendatura autem Dansdorffensis in patria (cuius redditus solum certi secundum aestimationem matriculae de a. 1555, usque ad summam I. C. XLII. florinorum ascendunt, incertis tenore matriculae nondum computatis) natales suos atque incrementa ecclesiae, quae ibi est, penitus debet. Donavit scilicet praedictam ecclesiam Albertus Dux Saxoniae anno MCCCXXVII. fratribus, cuius donationis verba haec sunt: *Nouerint omnes fideles - - quod nos ex dilecti consanguinei nostri Comitis Bedericis de Belitz interuentu & nostra propria deliberatione, ecclesiam in villa, que dicitur Dansdorp, dilectis Dominis & fratribus de domo Teutonica ad honorem Dei sancteque sue genetricis pro animarum nostrarum remedio contulimus - Posthaec, cum ecclesia donata non satis lautos redditus habere diceretur, Albertus non modo melius illi succurrere decreuit, sed & simul fratribus quindecim mansos donauit. Donationis instrumentum ao. MCCCXXIX confectum ita haberet: Notum esse cupimus universis Christi fidelibus - - quod, cum nos ecclesiam in Dansdorp donatione legitima donasssemus fratribus Hospitalis Ierosolimi Ste Marie virginis de domo Teutonica perpetualiter possideniam, sicut in alio quodam nostro priuilegio inde conscripto plenius coniunctur, viso, quod ipsa ecclesia non talem habebit materiali incrementi propter suorum reddituum paucitatem, prout dicti domui expediret, nos sibi melius succurrendum in alio quodam nostro decreuimus adieciimus. Ad instantiam quoque fratris Eggehardi de Trebecin, viri utique religiosi ac Deum timentis, qui tanquam seruus fidelis & prudens circa talentum sibi creditum operatur & prouidet, domui supradicte quindecim mansos nobis proprietatis ratione pertinentes, resignatos uobis a Comite memorato cum omni utilitate & iure, quod habebat in ipsis & cum omnibus attimentis suis congrua & rationabili donatione*

quo-

<sup>1)</sup> LVDOV. in rel. MSS. T. V. praef. l. 1. ab XII. apud C. (1)

ne duximus conferendos fratribus dictie domus possidendos . . . Hanc donationem anno M C C X L V I I I . Albertus sequenti adhuc au-  
xit: Notum esse capimus . . . quod, cum fratres de Dansdorp  
pertinentes ad domum milicie Hospitalis Teutonicorum in Ierusalem  
multa nobis seruitia prestare confuerint & indefessa sollicitudine ho-  
norare, nos petitioni eorum grato concurrentes assensu ac volentes  
eis pia vicissitudine respondere, antiquum molendinum apud Dansdorp  
situm, quod Comes Bedericus de Beltz a nobis iure tenuerat feoda-  
li & Theodoricus Kegelstaedt eodem iure consequenter ab ipso, legi-  
tima eis donatione donauimus . . . libere & quiete in perpetuum pos-  
sidendum cum omni utilitate & iure, cum omnibus attimentius, cum  
fluvis, riuis & aquis, aquarumque decurribus . . . Non minus  
benignum posthaec se Ioannes Dux Saxonie ao. M C C L X X V I I  
praestitit, prouti tenor factae ab eo donationis edocet: Eapro-  
pter notificauimus . . . quod nos ad emendationem Curiae fratrum in  
Dansdorp ordinis militum Dei totum spacium iacens inter Curiam  
praediensem & cimiterium ibidem tam in longum quam in latum cum  
duobus Koris, quos fratres nominati singulis annis Conrado de Opin  
Castellano nostro in Beltz de agricultura sua dare tenebantur, in  
ius perpetuum donauimus . . . Quae bona fratres praeter ea, quo-  
rum iam mentio facta, acquisuerint, inter alia ex litteris con-  
firmatoriis, quas Rudolphus & Wenceslaus, Dukes Saxonie, ao.  
M C C X X V I . fratibus exhibuerunt, intelligimus: So haben wir  
mit willen aller unser erben nach unser getrewuen manne rat Gote  
zu Lobe unde unser vorvaren unde aller unser nachkumlinghe zu tro-  
ste unde zu felichkeit den geistlichen Luten des ordens des dutschens  
Huses den brudern zu Dansdorp vorunwet die vorgegebene Gabe  
unde das eyghen das unse eldern gegeben haben über die Kirche zu  
Dansdorff, un über den hoff, den die vorgenannten brudere da be-  
tzen, mit der Wife, die do lit hinder deme hove, un über die alte  
mole, die zwischen Dansdorff un Nymk sit uf der plane mit aller-  
leye

leye rechte, also sie bisher von alder besessen han, un über vunfzehn huben, die da lighen uf deme velde zu Dänsdorff mit allerleye nutz unde Vrucht, mit Wesen, mit Weyden, mit Holtze, mit Wasser, un mit alle deme Rechte, alſe uns'e eldern un wir vor haben gehat, in dorfe unde in velde, auch geben wir unde mieren das eyghen, das wir geben über den Pacht, der uf den huben geleyhen hatte --- un das eyghen über zvene Kofeten hove, die an beiden siten allerneß irme hove gelegen sind, un über eyne Wîſe das eyghen, die da heiset der hut, un das eyghen über eynen hoff in deme dorfe zu Cranpuel, un über dri huben, die do lighen uf deme velde zu Cranpuel mit allerleye nutz unde rechte, alſe wir alle diese vorbeschriebene dinc haben gehat - - 1)

HAEC ecclesiae ad domus Teutonicas pertinentes viam ad traſtationem de iure patronatus Commandatoribus intuitu earundem competente, eiusque effectibus mihi aperiunt. Verum, quoniam hanc doctrinam posterioribus meditacionibus reseruauit, manum de tabula iam remoueo.

1) Documenta in hac §. adducta integra & cum originalibus collata extant in iudicitalibus actis, quae in causa §. 1. memorata & coram Venerab. Consistorio Witteberg. ventilata conscripta sunt, item in EILERSI Chron. Beltzeni c. VI. p. 270, seq.



PRAENOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE  
DISSERTATIONIS AVCTORI

P R A E S E S. illud tuilli tipicit

*Reddo tibi, Clarissime AVCTOR, chartas tuas, quas  
multa cum iucunditate legi. Elegans sane est, quod pro  
specimine inaugurali tibi elaborandum sumisti, argumen-  
tum, nec tritum illud aut vulgare. Sed cur, queso, p[re]a-  
alius tibi arrisit fere totum clericale? Nempe quia cle-  
ricali studio propemodum ab ineunte etate mirifice es de-  
lectatus. Quam ob rem ephebos vix egressus et institu-  
tione LOESCHERI, loci natalis tunc pastoris substituti,  
probe praeparatus linguis orientalibus et Theologiae  
principiis addiscendis in Torgaviensi Lyceo, praep[ar]mis  
Rectore celeberrimo SCHWARZIO, nunc SS. Theol. Doct.  
et Superint. Cizensi, totum te mancipasti, transacto ve-  
ro in hocce studio integro sexennio, plurimisque difficul-  
tibus, quas paterno superare auxilio non poteras, gra-  
tia atque ope Patronorum, quos et mite docileque, quo  
natura te finxit, ingenium, et admirabilis morum sua-  
uitas facile tibi pararunt, feliciter expugnatis, tandem  
in perantiqua, quae Vitebergae floret, Musarum sede  
scientiis theologicis aequa, ac philologicis philosophicisque*

lar-

largius te imbuendum dedisti Professoribus, Viris maxime Reuerendis, Celeberrimis doctissimisque HOFMANNO, WEICKMANNO, GEORGIO, WERNSDORFIO, ut & HILERO, BOSIO WILCKIO que. Ab post biennii decursum funesti illius belli calamitate, quae Vitebergam maxime afflixit, ex hac vrbe secedere iussus Lipsiam venisti, vbi, quas in priori Academia imbibisti, sacras doctrinas in scholis STEMLERIANIS, ERNESTINIS, DATHIANIS que non solum perfecisti, sed etiam novis adauxisti incrementis. Postea Dresdam delatus supremoque Consistorio ad explorandos profectus tvos oblatus adeo dextere ad propositas tibi quaestiones respondisti, vt facili negotio in sacri Ministerii Candidatorum numerum fueris receptus. Sed quid aio, RAEDLERVS sacri Ministerii Candidatus, quem perendie in cathedra iuridica disputantem & paulo post forenses inter strepitum clientum causas perorantem videbimus? Vnde tam repentina metamorphosis? A diuina certe prouidentia. Huius sine dubio nutu est factum, vt Vir Perillustris Excellentissimusque Dn. VLRICI Sereniss. princ. Electori Saxon. a Consiliis Cameralibus filiis suis magnae spei, cum fere per quadriennium privatae TVAE institutioni commissi fuissent, in Academiam Vitebergensem iurium addiscendorum causa ituris, cometem te adiungeret. Denuo igitur Vitebergam profectus cum his scholas frequentasti iuridicas Virorum Illuministrum

ſtrium, Excellentissimorum, Consultissimorum C H L A -  
DENII, KRAVSI, PAVLI, FISCHERI, WIESANDI, KLÜ -  
GELII. Adeo, vt ſoleat, nouum hocce ſe TIBI ſtudium  
probauit, vt eidem poftmodum totum TE addixeris. Nec  
profecto eft, Vir Doctifime, cur TE poeniteat praeter  
ſcientias iuridicas etiam theologicas didicifſe. Incredibi -  
le enim eft, quantam hocce rerum ac literarum ſacra -  
rum ſtudium eis praesertim adferat utilitatem, qui iuſti -  
tiae ſeſe ſacerdotes eſſe proſitentur, quosque in iuriſpru -  
dentia, quae utique rerum diuinarum atque humanarum  
notitia eft, ante ceteros oportet eſſe versatos. Quantum  
vero in eccleſiaſtico iure profeceris, ſatis eloquitur praef -  
ſens diſſertatio TVA, in qua paucissima (hoc enim nego -  
tii TVA, qua excellis, humanitas mihi dedit) vel mutaui,  
vel adieci. Verum in vtroque etiam examine verſi -  
culorumque tam ex canonico, quam ciuili iure, quorum  
enucleatio TIBI demandata, promta resolutione eum TE  
praeflitifi, vt Illuftris ICtorum Ordo digniſſimum iudica -  
uerit, cui ſummi in vtroque iure honores, me interprete,  
propediem conferantur. Reliquum eft, vt boſce academi -  
corum laborum maturos fructus ampliſſimaque praemia  
intimis TIBI gratuler ſenſibus. Fruere eis ſaluuſ ſ  
incolumis quam diutifſime, TVAMQUE erga me benevolen -  
tiam ſ in poſterum conſerua. Vale. Dedi e Muſeo meo  
d. viii. Mart. MDCCLXX.

PRAE-

PRAENOBILISSIMO AC DOCTISSIMO  
DOMINO DOCTORANDO

S. P. D.

B. E. MAVRER, LL. CVLT. OPPON.

Iuanis TIBIQUE, VIR prae nobilissime, minus proficius foret  
labor eximiam TVAM eruditionem verbis ornandi, cum meo non  
indiges suffragio, qui ea, quae doctrinae tuae debentur, speci-  
mine publico satis probas. Argumentum Dissertationis tuae  
singulare & haud vulgare simul cum tractatione ipsa, ex meo  
exiguo iudicio, omnem TIBI pollicentur laudem, quam TIBI  
gratulari non dubito. Eo praestantior mihi videtur benevolen-  
tia, a TE prouinciam opponentis mandatam accepisse, quam non ea  
mente in me suscipio, ac si cum effectu grauiora TVA argu-  
menta refutare valerem, sed quo victoriae tuae testi accepta  
enascatur occasio amicorum optimo gratulandi. Amicitia TVA

me

me dignum putasti. Ego te vidi, cognoui, amavi & tan-  
ta in te amore ac laude digna deprehendi, ut istum inter for-  
tunatos connumerem diem, qui te mihi amicum dedit. Ac-  
cipias ideo vota sincerrima de summa tua felicitate adipiscen-  
da, quam tibi integer appreco. Redeas saluus & honore  
ornatus in patriam tuam dilectissimam, insigni ibi fruaris Cle-  
mentia Augustissimi Principis & gratia Patronorum. Sis pa-  
triae decus & uberrimos percipias laborum fructus. In sum-  
ma tandem prosperitate constitutus sis memor tui, qui in per-  
petuum te maxima cum integritate & amicitia amplectetur.

Vale, Dabam Halae Die X. Mart. 1770.



der C. hatt. eingesch. d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.  
d. ist der 2. Tag der 1. Februar 1710.



Die Dampf- und Eisen-Dreieck-Meile 1710.

Halle, Decr., 1770

V.D.  
18

ULB Halle  
002 169 55X

3



5b



B.I.G.

|         |  |         |  |
|---------|--|---------|--|
| Black   |  |         |  |
| White   |  |         |  |
| 3/Color |  |         |  |
| Red     |  | Magenta |  |
| Yellow  |  |         |  |
| Green   |  |         |  |
| Cyan    |  |         |  |
| Blue    |  |         |  |

Farbkarte #13



EXERCITATIONIS IVRIDICAE  
DE

COMMENDATORE  
TEVTONICO,  
PATRONO ECCLESIAE, QVAE  
COMMENDATVRAE INCORPORATA EST,  
NON VVLGARI,

SECTIO PRIOR

QVAM

EX AVCTORITATE ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
IN REGIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

DN. PHILIPPO IACOBO HEISLER

I. V. D. PROF. PVEL. ORDIN. FACVLT. IVRID. ASSESS.  
EIVSDEMQUE h. t. DECANO

PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS

RITE CAPESSENDIS

DIE ~~XV~~ MART. CICCLXX.

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTET

A V C T O R

IOANNES CHRISTOPHORVS RAEDLERVS  
LAVSA - MISNICVS

HALAE SALICAE  
TYPIS BEYERIANIS